

Vormerkung:

Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.

I. Übersetzung

Flaminius cum pridie solis occasu ad lacum pervenisset, inexplorato postero die vixdum satis certa luce angustis superatis, postquam in patentiorem campum pandi agmen coepit, id tantum hostium, quod ex adverso erat, conspexit; ab tergo ac super caput (haud) 5 detectae insidiae. Poenus ubi, id quod petierat, clausum lacu ac montibus et circumfusum suis copiis habuit 6 hostem, signum omnibus dat simul invadendi. qui ubi, qua cuique proximum fuit, decurrerunt, eo magis Romanis subita atque improvisa res fuit, quod orta ex lacu nebula campo quam montibus densior sederat agminaque hostium ex pluribus collibus ipsa inter se satis 7 conspecta eoque magis pariter decurrerant. Romanus clamore prius undique orto quam satis cerneret, se circumventum esse sensit, et ante in frontem lateraque pugnari coeptum est, quam satis instrueretur acies aut expediri arma stringique gladii possent.

1 V. Consul percussis omnibus ipse satis, ut in <re> trepida, inpavidus turbatos ordines, vertente se quoque ad dissonos clamores, instruit, ut tempus locusque patitur, et, quacumque adire audiri que potest, adhortatur ac stare ac pugnare iubet: nec enim inde votis aut imploratione deum sed vi ac virtute evadendum esse; per medias acies ferro viam fieri et, quo timoris minus sit, eo minus ferme periculi esse. ceterum prae strepitu ac tumultu 3 nec consilium nec imperium accipi poterat, tantumque aberat, ut sua signa atque ordines et locum noscerent, ut vix ad arma capienda aptandaque pugnae competeret animus, opprimerenturque quidam onerati magis iis quam tecti. et erat in tanta caligine maior usus aurium quam oculorum. ad gemitus vulnerum ictusque corporum aut 4 armorum et mixtos strepentium paventiumque clamores circumferebant ora oculosque. alii fugientes pugnantium 5 globo inlati haerebant, alios redeuntes in pugnam avertibat fugientium agmen. deinde, ubi in omnis partes 6 nequiquam impetus capti et ab lateribus montes ac lacus, a fronte et ab tergo hostium acies clauderat apparuitque nullam nisi in dextera ferroque salutis spem esse, tum sibi quisque dux adhortatorque factus ad rem gerendam, et nova de integro exorta pugna est, . . .

tantusque fuit ardor animorum, adeo intentus pugnae animus, ut eum motum terrae, qui multarum urbium Italiae magnas partes prostravit avertitque cursu rapidos amnis, mare fluminibus invexit, montes lapsu ingenti proruit, nemo pugnantium senserit.

II. Sprachliche Erläuterungen

1. ut in re...(V,1): welche Funktion hat dieses ut?
2. Wer ist Subjekt von vertente (V,1)?
3. Welches Subjekt schwebt für aberat (V,3) vor?